

modum imbre in cribro serò servas , nec crebro ser-
monem in mulieris cuiusdam cerebro. Et quia proprium
ut simulent , fingant , fallant , nec probrum . hinc ab om-
nibus officiis excluserunt. Iam quibusdam in locis , non
solùm non vulgaria ; sed singularia : imò salubria & salu-
taria enumerant ipsis. Exinde res omnes quoniam inspi-
ciunt , adeunt , audiunt , agnoscunt , cognitas quoq; di-
rigunt , etiam regunt , quæ debebant regi. Sed , ut redeam ,
undé egressus. Quòd sàpè sive culti , sive barbari recipi-
antur inde fit catena quasi facta , quæ & hæredes ligat , ma-
net in vicem nexus , quandiu ipsi manent , nec facile inci-
det in hunc nexus nulla dies , quàm ea quæ vitæ hoc filum
incident. Multoties illorum filii irreput & irrumpunt in
eiusmodi sermones , hominem me Deus fecit , nec ex ple-
beo isto genere , cur ordinem deseram ? Et subsellia poti-
us quàm sellam curulem id sessum cam. Non aliter se si-
stunt , ac si à semine duxissent , à lacte suxissent hunc affe-
ctum : ubi sàpè contratio moram injiciunt , nec id , quod
moris , faciunt aut dicunt Sæpius nusquam color , nun-
quam calor , sàpissimè ne mica paterni sanguinis inest.
Sed hic dicet quispiam , quæ enim Respub- tandem futu-
ra , si veteres , ut sic dicam , arbores excidantur , novellæ
stirpes non depangantur in eorum locum ? Vastitas profe-
cto & tenebræ. Sunt & alii assumendi , non aliter nec fa-
cile , quam si patriæ , amicis , sibi & aliis usui decoriq; esse
possint. Hoc notum quòd ortus nostri partem patria , par-
tem parentes , partem amici sibi vindicent. Hinc quasi
duplici vinculo adstricti , ut genitali glebæ adfixi , ubi lon-
ga serie cognati , amici , sodales : & tot gaudii illecebræ ,
quas frustra terrarum alibi querat. Non autem ut magne-
ti inest vistrahendi ferrū , & genitali glebæ attrahēdi homi-
nē. Aliter enim se res habet , si vel maximè utiles : lac verò
mater-